

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Venia q
cum fonte primo

Apud misericordem iudicem nequaquam sine uenia culpa relinquitur cum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sepe namque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit quo ut alta caritate feruent, modum correctionis exaggerent, et lingua aliquid quod non debet dicat quia mentem dilectio quantum debet inflammat. Sed uerbum prolatae contumelie tanto citius parcitur, quanto et ex qua radice prodeat pensatur.

Gregorius libro X. moralium.

Vnde et eorum audaciam Veritas iuste redarguit, sed benigne ad gratiam reducit, quia

apud misericordem iudicem nequaquam sine uenia culpa relinquitur, cum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Saepe namque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit, ut quo alta caritate feruent, modum correptionis exaggerent; et lingua aliquid quod non debet dicat, quia mentem dilectio quantum debet inflammat. Sed uerbum prolatae contumeliae tanto citius parcitur, quanto et ex qua prodeat radice pensatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10, 7 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.544, ll.11-19).